



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Qui mos tamen tam antiquus non videtur, & hoc non quadrat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

servavit elegantissimus Balduinus, se mihi non probant. An mos iste obtinuerit apud Hebræos veteres, ut Reges, cum urbem aliquam obsiderent, calceum in eam projicerent, in signum pertinacis propositi non solvendæ obsidionis, priusquam urbs sit redacta in potestatem, omnino non liquet. De chirotheca quoque non memini me quicquã legisse. Neque tam vetustis temporibus hæc consuetudo mihi videtur observata. Tum si vel maxime olim viguisset, non tamen ex ea exponendum videtur hoc Davidis dictum. Etenim de proposito sibi subjiciendi universam Idumæam haudquaquam loquitur, sed de Idumæa jam devicta triumphat.

Gatak.  
loc. cit.

VIII. Doctissimus Gatakerus postquam recitasset Martini Buceri opinionem, qui sic *μεγαλει*: *Edom erit ut locus, in quem abjiciam calceamentum meum*, etiam refert viri eruditissimi Arnoldi Botii sententiam, quam de hoc loco per epistolam sciscitanti sibi aperuit: *Quia pedes loturi homines, calceos ceno aut pulvere infectos non in medio pavi-*